Inteſtina ſolum patrium diſcordia fregit:
Omnia FRIDRICO bella ſilento DUCE.

Quid trepidamus adhuc, nec ſævos temnimus hoſtes?
Hic DOMINI ENSIS adeſt; hic FRIDERICUS adeſt.

Sic ut morigero FRIDERICE utaris in urbe,
Victuro in caſtris milite, JOVA dabit.

Ad

Sereniſsimum atq; Potentiſsimum Principem

ac Dominum

DN. FRIDERICUM

REGEM BOHEMIÆ,

COMITEM PALATINUM AD RHENUM,
SACRI ROM. IMPERII ELECTOREM
DUCEM BAVARIAE, MARCHIONEM MORAVIAE,
DUCEM SILESIAE ET LUCEMBURGI,
MARCHIONEM LUSATIAE,
DOMINUM NOSTRUM CLEMENTISSIMUM,
cum ad Homagium ſuſcipiendum, Sileſiorum Metropolin VRATISLAVIAM
A.D. VII. CAL. MART. ANN. clɔ Iɔ c xx.
ingrederetur FELICITER

INngrediáre tuam lætus, FRIDERICE, Budorgin.
Hæc etiam REGEM TE veneranter amat.
Ingrediáre; TIBI & qui nunc debentur honores
Suſcipias, Urbi vultu animoq; favens.
Plura TIBI offerret, ſi poſset plura, Budorgis;
Offerri aut cuperes plura, FRIDRICE, Tibi.
Interea, ut gaudet vel parvo munere JOVA,
Qui dantis mage cor reſpicit, atq; datum:
Sic TIBI ſubjectæ affectum quoq; dilige Gentis,
Utq; aliis, etiam hac parte imitare DEUM.
Cætera; ceu gnatam noſtras amplectitor oras;
Sic TE ceu PATREM Sleſia tota colet.

Causa DEI eſt, pro quâ tanto fervore laboras:
Dura igitur, fidens, REX FRIDERICE DEO.

Pace tuum regnum ſtabili populosq; teneto:
Aut ſi pugnandũ eſt, Vince FRIDRICE ſedens.

Humilimæ ſubjectionis
atq; cultûs ergò
ſcribeb.

ELIAS MAJOR Vratislavienſis, in Gymnaſio Patrio
Hiſtor. Prof.

BRESLÆ
Excudebat Georgius Bauman.
ANNO
M. DC. XX.

Optatis belli careat ſucceſsibus opto,
Qui ſacra corda DEO, Marte necanda putat.

Quæ rerum eſt facies, inſtat mutatio mundi;
Nos in eâ, noſtro cum DUCE, CHRISTE, tegas.

Frange arcus hastasq;, DEUS, currusq; cremato,
Et pacis nobis munera læta refer.

PANEGYRICUS
SereniS°

FRIDERICO
PALATINO
BOJEMORUM REGI
MAGNO SILESIÆ
DUCI
S. R. I. VIIVIRO
PRINCIPI PO-
TENTIS°

Sileſiam in fidem accipienti
dictus,

à

Jona Melidéo Sag. Sileſ.
Ill^is Aurimontanæ
Rectore.

LIGNICII
Typis Sartorianis.